



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De annatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

stipulatus sum mihi a prociolo ff. de verbor. obli. v. bi prorogatio diei impedit moram, ergo & pœnam. d. l. lecta. ff. si certum per. la. m. l. quom. nus. q. 30. ff. de sumi.

Non dicit à quo, sed audiui vniuersita- tem Parisien. appellationē emisisse ad fu- turum concilium vniuersale, & illā appel- lationem, seu illius formā vidi conscriptā.]
a Exhiberent) Et sic extractū ex regi- stris fidē facit, vt infra de registra. concor. Vn- de dixi cuidā pauperi, vt sumptū ex regi- stro suæ collationis à Papa facte haberet: quia fidem faceret, & ita testatur de Rota de- cis. 621. nota sumptum in antiq. idem in sum- pto signaturæ, vt interdum vidi etiam fie- ri, & quādo incidēter ego allego titulū ha- bitū à sede Apostolica, tunc sufficit, vt osten- datur per signaturā, vel per sumptū, secus si allegem pro vero titulo, tunc bulla solet obtineri.

Sumptum
signaturæ
quādo sus-
cipitur.

b *Ed episcopus*) Constitutio ista tan- quā bursalis, non est à regnicolis re- cepta, vt dicit in §. si. de mand. Apost. su- pra & in hoc regno nō admittitur quis si impetraret beneficiū illius, qui nō expres- sit verum valorem, siue ante annū, siue post: ideo cum non sit recepta constitutio, alia nō scribo, sed me refero in aliis ad gl. prag- sanct. hoc n. vbi plenius scribitur. [Vide an an- nata capi possint per Gome. in tract. suo bre- uitiū. nu. 24. vbi permissum dicit per id quod scribitur 4. Reg. c. 12. §. c. 5. & Nu. 22. §. 24. de Balaū & Michæ 3. nā ea Papa capit, quia al- tari seruit, ergo de altari viuere debet, sed cum hodie alia habeat bona, nil vel parum recipere debeat.]

[Duo tamen hic notāda censeo, primū quod si dubitas de vero valore potest addi clausula cū facultate verū exprimendi, va- lore, & hoc in fine signaturæ, vt plenius scri- bo in forma signaturæ in praxi beneficiati.

Secūdo habes hic, quod Papa probat, vt ex signaturā quis possessionē capiat, ibi su- per supplicationib. expeditione augendi obtinere ad effectum possessionē benefi- ciorū huiusmodi assequēdi, vbi dicit quosdā impetrare signaturā ad effectū assequendi possessionē beneficiorū, in quib. nō expri-

trum, Anno incarnationis Domi- nicæ 1518. 6. Calendas Iulii, Ponti- ficatus nostri anno sexto.

Quocirca dilectis & fidelibus consiliariis nostris curias nostras parlamenti tenentibus, necnon seneschallis, bailliuis, prapostitis, aliisque iustitiariis & officariis nostris harum ferie mandamus & iniungimus, quatenus has presen- tes suis in registris registrent, vt si pro rebus & negotiis in dies occurrentibus, illis quis agere habuerit, ex dictis registris illas extrahere possit, & valeat. Cui ex- tracto debito modo facto, talem fidem haberi volumus, ac si dicta- rum bullarum originale exhibe- rent. Nam sic nobis placet, & quatenus opus est, ex nostra certa scientia, & potestatis plenitudi- ne, ita fore ordinamus: In cuius rei testimonium, sigillum nostrū presentibus literis duximus apponendum. Datum Baugiaci, die 25. mensis Octob. Anno Domini 1518. & regni nostri V. Per Regem. Gedoy.

De Annatis.

Utrum valorem beneficiorum propter annua- tam soluendam imperpetuos exprimere tenetur, quam si non expresserit intra annum hoc facere poterunt.

Eo b Episcopus seruis seruorum Dei ad perpe- tuam rei memoriam. Ro- manus Pontifex (cui tot tantaque in spiritualibus & rem- pora-

mant verum valorem, quod non reprobatur hic, nisi tantummodo si non exprimitur verus valor, ergo quis ex permissione Papae potest cum signatura adipisci patriam, tam in possessione iuris scripti, quam in consuetudinaria & nouissime Henricus declarauit Papae Paulo tertio per modum cuiusdam conuentionis, quod in prouincia prouincia, & Britannia non accipietur possessio in vim signaturam, & sic in aliis locis, quae reguntur concordatis, potest adipisci possessio cum signatura, & hanc declarationem fecit Rex, anno M. D. XLIX. die decima quarta Iunii, unde si aliter iudicaretur iudices contra ista iura iudicarent, & opus esset euocatione ad magnum consilium, in quo fuit istius declarationis facta publicatio. & registratio.]

Possessionis materia frequens. **Possessionem**, frequentissima enim est haec possessionis materia dicit iurisconsultus in l. Fulcinius. §. cum hoc ff. quib. ex causis. in pos. ca. ut ideo hic de ea aliqua interdo scribere, maxime in materia beneficii, cum iudices regii non alii etiam seculares dominorum in hoc regno cognoscant de possessoris beneficiorum ex privilegio Martini Papae, ut licet videre per Guid. Papae in decis. Delphin. q. 1. & quia hoc est omnibus obuium, ideo non amplius probabo.

Iudices regii exceptio. Notandum est quod quauis iudex cognoscens super possessorio, debeat admittere exceptionem suppressi valoris: quia ex illa suppressione titulus redditur incoloratus. doctor. in ca. ad aures. de rescript. sic expressit consuluit de Ripa. consilio ultimo. lib. 2. respondens tamen de consuetudine in hoc regno longo iam tempore seruata non exprimitur verus valor, ut etiam supra dixi: ideo iudices regii qui de possessoris beneficiorum admittunt, cognoscunt, hanc exceptionem suppressi valoris non admittunt, nam quo ad hoc concordata non fuerunt recepta, & in hac materia possessoria beneficiorum notanda sunt aliquot regulae viles & quotidianae in palatiisque vili venientes.

Posseio non acquiritur in beneficiis nec retinetur sine titulo. Prima regula est, quod in beneficiis non potest acquiri sine titulo possessio, nec acquiri sine titulo. c. in literis. de resti. spol. cap. 1. Et per totum. de eo qui mittit. in poss. caus. rei ser.

poralibus prouidenda incumbit) rerum & temporum qualitate pensata, nonnulla prout ad cunctorum clericorum beneficia ecclesiastica, a sede Apostolica pro tempore impetrantium commoda & utilitates, ac litibus & fraudibus obuiandum oportere conspiciat, salubriter ordinat & disponit. Nuper siquidem inter constitutiones ad laudem Dei, & Christi fidelium pacem & quietem: de fratrum nostrorum consilio, cum charissimo in Christo filio nostro Francisco, Francorum rege Christianissimo maturam deliberatione concordatas, statuimus, quod in prouisionibus quas personis quibusuis Regni Franciae ac Delphinatus & Comitatus Dien. & Valentin. de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis, per nos & successores nostros & sedem praedictam, etiam motu proprio, etiam promotis ad Ecclesias cathedrales & metropolitanas & monasteria (ut obtemperata per eos beneficia retinere possent) fieri contingeret, illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de camera, aut libras Turon. seu alterius monetae valor secundum communem estimationem exprimi deberet, alioquin gratia ipsa esset ipso iure nulla. Cum autem sicut accepimus) saepe contingeret personarum Regni & Delphinatus ac comitatus hu-

mande. ca. 1. de reg. iuris in 6. & si acquiratur quædam detentatio, non prodest quoad effectus iuris. nota in regula sine possessione. de regulis iuris in 6.

Sicut in feudis non acquiritur sine investitura. no. in ca. vno. per quos fiat investitur. Ideo in hoc regno solemus computare tempus retractus à die sayfinæ, quo fuit receptus à domino directo, vt alibi dico.

Notandum est tamen quo ad acquirendum quasi possessionem in his incorporabilib. sex requiruntur.

In incorporabilib. quæ si possessio qualiter acquiratur & requisiti.

Primò, requiritur realis præsentatio, vel electio nec sufficeret coadunatio patronorum vel eligentium, vel mandatum factum ad præsentandum, teste Gemina. conf. 127. pro clariori. in fi.

Secundò, scientia eorum quibus præiudicatur. De. is. conf. 126. in fin. per l. 2. C. de seruit. & aqua. & omnium patientia, aliàs vnus contradictio faceret, vt quasi possessionem non acquireret. lo. And. in add. ad Spec. in tit. de his que fiunt à maio. parte c. nisi quis allegaret præscriptionem tanti temporis, cuius initii memoria non fit in contrarium, tunc enim non tenetur scientiam probare, vt asserit Fel. in c. de quarta. in fi. de præscr. & illam communem esse dicit de Ripa in d. c. cum ecclesia n. 67.

Tertio, requiritur, quòd præsentantes, vel eligentes credant vti iure suo. Cald. conf. vbi rubr. de causa poss. per l. si ff. quemadmod. serui. amit.

Quartò, quòd electio vel præsentatio bona fide facta fuerit, alioqui cassari debet, quando de mala fide constabit. Pagnorm. in capit. cum ecclesia. vbi etiam de Ripa, de causa poss. & in ca. consultationibus. de iure patro.

Quintò, quòd electio vel præsentatio habuerit effectum. Innoc. in c. 2. de in integr. restit. vbi dicit probandum institutionem, vel confirmationem. gloss. in ca. dilectus. de præb. Feder. conf. 234. Oldrad. conf. 312. thema questionis.

Sextò, quòd electus & institutus adepti fuerint possessionem, & gauisi fuerint fructibus beneficii, ratione illius tituli. Cald. conf. 12. rub. de iure patro. Dec. conf. 117. & 124. quæ

huiusmodi vocatione beneficiorum in locis remotis regni ac Delphinatus, & Comitatus eorundem, per obitum pro tempore vacanti intellecta, eorum veri valoris notitiam haberi non posse, & veri valoris huiusmodi notitia nõ habita ad illa à Romano Pontifice impetrandum celere nuncium ad sedem prædictam destinare, & signaturam supplicationis super illorum, impetratione, cum facultate verum annuũ valorem beneficiorum huiusmodi in literarũ super huiusmodi supplicationibus expeditione augendi obtinere ad effectum possessionem a beneficiorum huiusmodi assequendi, litera super huiusmodi impetrationibus, cum minus vera valoris beneficiorum eorundem expressione expedire, & absque eorum culpa, diligentia, & expensis pro impetratione huiusmodi obtinenda factis, & gratia eis à nobis concessa, & illius effectu frustrari, ac per posteriores (qui nulla habita diligentia cum expressione veri valoris eadem beneficia à sede prædicta impetrarunt) excludi ac desuper propterea molestari.

Nos qui subditorum nostrorum commoda libenter procuramus, ac eos à litibus & expensis, quantum cum domino possumus releuamus motu proprio, ac ex certa nostra sciẽtia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statui-

sunt notada, quia frequenter accidit. Quam materiam abunde prosequitur Ioa. Fran- in tract. de prescrip. in 1. parte. quinte partis. q. 8. col. 21. & sequenti.

Secunda regula est, quod in causis prophanis principaliter agitur de possessione in beneficiis de iure. c. licet causam. de proba. gloss. sing. in clem. vna. de caus. posses. in gl. vlt. Ioa. And. & alii in ecclesia vestra. de elect.

Curia sequestratio. Ideo vidi aliquando clandestinum possessorem in prophanis manurenti, quia per annum & ultra domino sciente possederat & patiente.

Tertia, ibi beneficiis & in omni possessorio retinenda, si intra annum agatur, fit sequestratio rei vel beneficii, de cuius agitur possessione, tunc partes via facti procedant, & ad arma veniant. l. equissimum. cum §. preced. ff. de usufr. tum etiam. vt sententia promptam habeat executionem. l. postrem. ff. de rei iud. ita expressit tenet Massue. in pract. sua. rub. de poss. vers. item in omni possessorio, & si facta sequestratione altera pars occupet fructus beneficii est excommunicata, caditque, a iure suo. cle. vna. de sequestr. posses. & fruct. & hæc sequestratio non priuat possessione, quando fit a iudice competente. Anch. cons. 248. ad predicta. Bayr. in l. interesse. ff. de acq. poss. quod intellige in sequestratio necessario. doct. in cap. examinata. de iud. tamen post possessionem triennem non fit sequestratio. cle. vna. de sequestr. posses. dixi in tractat. de pacific. posses. ampl. §. Multa scripsi de hac sequestratione in l. sequestr. ff. de verb. signi.

A manu regia non appellatur. Quarta regula habita contentione beneficii res ponitur ad manu regiam a qua non licet appellare, vt fuit decium per arrestum, vt refert Ioa. Gallus. in quest. per arresta. q. 28. Item nota, quia non grauat, cum non auferat possessionem ab eo qui eam habebat. Cyn. in l. vna. col. 2. C. de prohib. sequestr. pecunias. Domi. Boer. in §. 4. de iurisdic. omnium iudic. in consuet. Bituricen. vide que dixi de ea supra de nominatio. reg. in §. 1. in glo. in manibus.

Recredentia cui ad iudicari debet. Quinta tam ex lege regni, quam ex iuris dispositione sententia recredientia ad iudicari debet. **judicatur habenti primo aspectu magis apparen-**

mus & ordinamus, quod de cetero perperuis futuris temporibus impetrantes beneficia ecclesiastica in Regno, Delphinatu, & Comitatu predictis per obitum duntaxat vacantia, si verum annum valorem beneficiorum in literis Apostolicis, quæ super dictis beneficiis expeditæ fuerint non expresserint, infra annum a die datæ literarum earundem computandum, valore ipsorum malè expressum corrigi per officiales, ad quos expeditio literarum huiusmodi pertinet, & correctiones literarum earundem fieri consueuerunt petere, ipsique officiales ipsarum literarum expeditioni præsertim, ad eorundem impetrantium simplicem petitionem, valorem ipsorum ad verum annum valorem, iuxta petentium voluntatem in eisdem literis reducere & corrigere, ipsique impetrantes pro augmento valoris expressi duntaxat, annatam cameræ Apostolicæ soluere debeant & teneantur, decernentes quascunque impetrationes posteriores de dictis beneficiis, ratione non expressionis veri valoris huiusmodi infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti esse, & profectis haberi debere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis & decreti infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hæc attentare præsumpserit,

rit,

apparentem titulum, & magis clarum. per l. fin. C. de edict. diui Adriani col. ideo aliquibus probationibus non receptis fit ista ad iudicatio recedentia: etiam si pars vellet probare titulum alterius falsum, non admittitur, vt obuietur malitiis partium volentium recedentias quotidie impedire. facit l. quamuis. C. de edict. diui Adriani toll. nisi ex literis productis posset illa falsitas saltem presumptiue constare, vt pote quia in eis apparebat rasura, vel euidentis contrarietas. Io. Masuer. vbi suprarub. de possessorio. vers. item si altera. dico plenè in tract. de sententiis executoris. art. 1. & in praxi beneficiali.

Aduersarius in beneficiorum possessoris potest per non in expelli.

Sexta regula, licet interdictum retinendae in beneficiis habeat causam proprietatis annexam. l. 2. §. quaedam. ff. de interd. r. tamen in eis sufficit excludere aduersarium per nonius, etiam si suam non canonicizaret possessionem, de Rota dec. 260. licet actor in nouis. Fel. in c. olim. col. vi. de rescrip. Domi. cons. 31. praeiudico. & sequ. sequitur de Ripa in lib. 2. Resp. c. 36. in hoc iudicio. vbi etiam dicit sufficere, quod quis ostendat alios non habere ius in prioratu: nam actor non probante, reus debet absolui etiam in beneficiis. l. qui accusare. & ibi doct. C. de eden. nam in interdicto retinendae obstat exceptio inualdi tituli, tex. in cap. audita. & ibi Pan. in 1. not. de restit. spol.

In beneficiis alibus possessorio ex iustis causa est.

Septima regula, agens in prophanis possessorio recuperandae ante omnia est restituendus, etiam si non doceat de titulo iustificato. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iulian. de vi public. cum similibus. nisi in quinquaginta casibus traditis per Corset. in tract. de potesta. regia q. 72. tamen in beneficiis oportet colorare possessionem ex titulo. cap. ad decimas. de restit. spolia. lib. 6. Plenè Praepos. in summa 3. q. 1. ne vitiosus ad eam detur ingressus. cap. 1. de eo qui mittit. in poss. lib. 6. & ibi Perus. in 2. no. plenè. Spec. in titul. de teste. §. nunc videndum. vers. sed pone ago. gloss. in d. cle. vna. de causa poss. quam allegat Panorm. in cap. in literis. col. 4. & seq. de restit. spol. de hac opinio seruatur, tam in parlamentis, quam in aliis, nisi quis fuerit lite pendente spoliatus, qui tunc sufficit probare se fuisse in possessione tempore motae litis, & spo-

rit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo. 16. Cal. Octobris, pontificatus nostri anno 4.

liatum fuisse, teste Auzere. in decis. Tholo. q. 17. Coloratio Et ista coloratio tribus modis potest fieri, scilicet: Primo ostendendo titulum habitum ab illi. Secundo ostendendo quod autoritate illius fuit missus in possessionem. Im. in c. in literis de restit. spol. nec est disputandum, de vitis intrinsecis, vt in simili habetur in l. si. C. de edict. diui Adriani col. vbi sufficit quod haeres ostendat instrumentum non ratum, non cancellatum, ad adipiscendam bonorum possessionem & non est disputandum de vitis intrinsecis, vt ibidem dicitur. Tercio coloratur possessio quando sciente & patiente illo qui habet potestatem prouidendi de beneficio, exercuit aliquos actus spectantes ad rectorem, & qui vt canonicus interfuit in capitulo, stallum habuit in choro, & tanquam canonicus illa fecit, probata scientia illorum qui poterant prouidere de beneficio, dicitur colorata possessio. Im. in c. bone. in 2. de possess. prel.

Vltima regula, adiudicata alicui recte, quae habet partes super pleno possessorio hinc inde probat, & tunc iudex ad pluralitatem restitui debet se inclinare, & is vincere debet qui plures habet testes. l. 3. §. 2. ff. de restit. c. in nostra. illo in Bal. cons. 489. in causa col. vi. in 2. vol. l. ob carmen §. ff. de test. Barb. cons. 29. clem. 1. tract. de seni. executor. in const. reg. in 1. tom. 1. tract. de seni. executor. in const. reg. in 1. tom. 1.

Verum enimvero, quia in hoc regno testes infiniti producebantur, ideo fuerunt taxati per legem regni, vt vltra decem testes non admittantur, vt patet in ordinat. vbi dicitur non admittantur, vt patet in ordinat. vbi dicitur non admittantur, vt patet in ordinat. vbi dicitur non admittantur, vt patet in ordinat. & iura, ex qua elicita fuit illa ordinatio. Notandum est igitur, quod data paritate numerum

testium, iudex debet qualitatem testium considerare, & plias credere nobilibus & honestis viris, quam vilibus, & infamibus. d. c. in nostra. & d. §. si. & ibi Bal. & Iacobi.

Testes veri
fontiora
dicentes
preferun-
tur.

Secundo, debet inclinare ad testes dicētes aptiora, & verisimiliora per c. licet. causam. & ibi Bald. & alii probatio. ideo testes quorum dictis consonat ius commune, præferuntur testibus, quorum dictis consonat ius speciale, quia dicunt aptiora & verisimiliora. Immo. in c. auditis. de præscrip. Barb. conf. 29. illud afferam. col. 2. in 1. vol. ideo si duo laici deposuerunt me non deliquisse hodie, duo clerici dicunt contrarium, statur laicis. gl. sing. in cap. clerici. de dist. quia deponunt super eo quod est cōforme naturæ, qua præsumitur hominem non delinquere. l. merito. ff. pro socio.

Affirmati-
ue deponē-
tes an præ-
ferantur.
& quando.

Tertiō, testes deponentes affirmatiuē præferuntur aliis negatiuē deponentibus per gl. sing. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de recep. arbi. Bald. in l. actor. per illum rex. c. de probat. quod non procedit, quando testes simul deponent de affirmatiua, dicentes Titium non possedisse, sed Seium. Bald. in §. si quis per triginta. col. 2. si de feudo contentio fuerit inter do. & agna. vafal. Pan. in cap. cum ecclesia. de caus. pos. referi decisio. Neapolit. 324. agitabatur causa. Si tamen testes deponent quod Caius possedit decem annos tantum, nihil valeret: quia viderentur excludere omne aliud tempus, & omnem aliam personam, excepto Caio, & quia negatiua non est coarctata, non probat Iacobi. in l. vna. in prin. ff. si quis ius dicen. non obtemp. nor. in c. bonæ. i. de ele. & c. quoniam de probat.

Rationem
testes assi-
gnantes præ-
feruntur
non assignan-
tibus.

Quarto, quando testes sunt hinc inde partes præferuntur, quia causam scientiæ assignant. Bal. in l. presbyteri in fin. c. de episc. & cler. Deci. conf. 302. & pro reuui. col. 5. vbi dicit eos præferendos, qui assignant meliorem rationem, vel si sint vicini, qui præsumuntur melius scire veritatem, quibus maxime creditur in probanda possessione l. v. §. ff. de stioni. l. dominus horreorum. loca. Bald. in l. spuz. incip. accusatus. col. vlt.

Qui obri-
nere debeat
quādo iur

Quinto, debet vincere cæteris partibus, is qui ostendit titulum. d. cap. licet causam. Bald. conf. 420. verba. col. vlt. in 2. vol. & conf.

489. in 3. vol. Anch. conf. 361. visa plena. in fin. que ostendit titulum. Bald. in l. ordinarij. C. de rei vend. Dec. conf. 302. & pro reuui. col. 3. vers. concurren. etiam. & si vterque ostendat titulum, is vincere debet, qui probat prioritatem tituli. Bald. [conf. 161. proponitur. in fin. libr. 3. & conf. 58. quidam est. & conf. 445. qualiter. in 5. vol.] Ius. conf. 148. viso processu. vol. 4. nisi in iudicio finium regendorum. Quod intelligitur quando ab vno habuerunt, secus si à diuersis, quia inspicitur, qui possideat de præfenti. Alex. conf. 130. visa facti. col. 2. in 5. vol. Et quando vtraque pars habet titulum, illa est præferenda quæ habet potiorem & antiquiorem. Bald. conf. 251. sententia. col. 2. in 5. vol. Doct. in d. ca. licet causam. Iacob. in l. i. in princ. C. de edicto diui Adriani tollit. & ideo si vna ostendat titulum iuri communi conformem, altera alterum contra ius commune, præferri debet illa, quæ producit titulum iuri conformem. arg. c. ad decimas. de restit. spoli. & quia duo vincula & c. vno. de iureg.

Sexto, vincitis qui probat antiquiorem possessionem, quia alia præsumitur clandestina. cap. licet de proba. Barr. in l. si duo. in princ. col. 2. ff. vii. possid. Ancha. conf. 274. ad declarationem. col. 1. Soc. conf. 59. visis actis, col. vlt. in 4. vol. & conf. 98. iustissime, col. 3. eo vol. quia quanto antiquior tanto iustior. Bal. conf. 420. verba principis. col. 3. in 1. vol. & conf. 445. vol. 5. & possessio recens præsumitur clandestina. cap. licet de prob. quia duo in solidum eodem iure possidere non possunt. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. Alexand. conf. 88. quoniam. col. 2. in 5. vol. Cor. conf. 130. viso. 1. vol. & consil. 312. in ac. col. 2. ibid. & in decis. Neapoli. 324. agitur. Ius. conf. 148. viso processu. col. 1. vol. 4. Bertrand. consil. 310. in interdicho. vol. 1. secundum primam editionem. [Carolus Ruinus conf. 53. in hoc iudicio. in 4. vol.]

Antiquior possessio an
semelior.

Notandum est quod ille qui probat antiquiorem possessionē debet obtinere etiā absque titulo, licet aduersarius habeat iuniorem possessionem cum titulo, dummodo actor alleget in actis quod aduersarius possidet etiā respectu possessionis ipsius actoris, secus si simpliciter allegaret etiā possi-

possidere, & non diceret respectu possessionis, quia non obtineret. *ing. nof. Barr. in l. si. de eo. §. fin. ff. de acqui. poss. Capola. cautel. 201. in causa. per l. si rem aliquam. illo. tit. A. antiquiorē lexand. conf. 88. quoniam. col. 3. vol. 5. plus possessionē dicens quod ille qui docet de antiquiori possessione sine titulo, debet obtinere, etiam si aduersarius doceat de possessione recenti cum titulo, dummodo ille titulus fuerit acquisitus post illam antiquiorem possessionem. *arg. l. si fundum. ff. de fundo do. ra. quia aliās quis de facili supponeret aliquem, à quo emeret, & fingeret se titulo possidere. Bald. in disput. incip. accusatus. col. pen. Alexan. conf. 89. excellentissimi. col. 3. in 5. vol. ex antiquitate enim tituli præsumetur possessio antiquior. Bald. in d. c. licet causam Refert Barb. conf. 25. clementissimi. col. 3. in 4. vol. Soc. d. conf. 98. in 4. vol. col. pen. Dec. conf. 302. & pro tenu. col. 2. & seq.**

Intellige in pleno possessorio, in primo vero capite, & quo ad recedentiam, sufficit probare recentem possessionem, quia possessio antiqua non sufficeret ad obtinendum in primo capite. *Guido Papa in decis. Delph. quest. 552. in materia. Berbe in pract. legum regia. vers. in prima verò. & c. per text. in l. 1. ff. vii possid. Item intellige nisi is qui habet antiquiorem possessionem, eam iure familiaritatis præsumatur habuisse, utpote à matre. l. qui iure ff. de acq. possess. hoc tenuit las. conf. 6. spectatissimi. col. 1. vol. 1. vbi vide eum, & sic in hoc interdicto qui vult vincere, debet probare se possedisse, & de præfenti possidere. *text. in cap. conquestus. vbi, in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur, vbi Ancha. nota. de foro compet. las. conf. 91. vltis. in 3. vol.**

Septimo vincere debet is, qui probat in specie præfata, Inno. in cap. auditus. de præscript. vbi dicit, quod si episcopus probat per testes se habere iurisdictionem in aliquo loco in specie, & Abbas per tot testes probat se habere iurisdictionem in genere in dicto loco, quod præfertur probatio specifica probationi generali. & ibidem dicit Imol. quod si probo me possidere boues, ut meos, & pro meis & tu probas per tot testes quod ego teneo illos, ut cōductos, & quod

dicti testes interfuerunt conductioni, cū in specie deponant, præferri debent aliis. *sequitur Barb. conf. 25. clementissimi. col. 2. in 4. vol. Dec. d. conf. 302. col. 5. item deo vincere si probem me possidere bona fide, te verò mala, ut quia etiam alium expulsi. Bald. in dict. disput. col. vlt. quia iustior est possessio mea. Idem si ego probē, quod à tali tempore hæctenus possedi, aduersarius probauit se possedisse. 10. vel 20. annos, quia potest esse quod vnus testis deponit de decem proximè præteritis, alii de aliis, & sic possunt esse singulares, & non probant. *latē Cornel. conf. 130. vifo libello. col. 2. vol. 1. vbi limitat. vide eum.**

Nono, quando pares sunt probationes super possessione, tunc sententia super petitorio faceret agentem succumbere super possessorio. *cap. licet. caus. ne proba. Pan. in c. pasto. nu. 27. de caus. poss.*

Decimo, si vna probatio sit favorabilis, altera odiosa, præfertur favorabilis, & si vtraque sit favorabilis, & vna magis huic stabitur. *l. lege. ca. ff. de manu. sequitur. Bald. conf. 29. illud referam. col. 2. vol. 1.*

Vndecimo, in prophanis si æquales sint omnino probationes, tunc iudex manu quæ sit tenebit alteram partem in media possessione rei contentiosa, & alteram in re possessione rei contentiosa. *qua. teste Barr. in l. si duo. col. pen. princ. ff. vii iudic. possidens. hoc sequitur. Soc. in l. si quis cum to. dicitur. Ancha. conf. 210. inter contraria, vbi etiam consultit in proprietate, quod si rationes & iura hinc inde dubium reddunt iudicem, nec inclinatur magis ad vnā partem quā ad alteram, tunc cui libet potest assignare partem. *arg. cap. afferte. de præsumptio. l. sed si lege. §. adeo. in fin. ff. de pet. hered. l. & hoc Tyberius. de hered. instit. refert Decius conf. 445. in casu. col. 1. abunde Boer. in decis. Bardeg. 9. 239. & in prædicta dicens ita fuisse iudicatum in processu. D. de Stiflaco.**

Vel quando testes sunt hinc inde pares, tunc iudex potest credere quibus vult, dummodo in actis faciat inferere causam, tunc magis istis adheret, quam aliis. *not. in l. cum l. duo iudices dati. ff. de re iud. Bald. in l. cum magistratus. in fin. C. quando pronoc. non est.*

necess. facit quod dicit Bart. in l. Lucius. ff. de
his qui not. infam. ubi si iudex non vult adhi-
bere fidem vni testi deponenti, & assignan-
ti causam, non tenetur, dummodo in actis
hoc exprimat, qua ratione motus eidem
non credidit. quod est summe notandum
secundum Iac. in l. ob crimen. §. si col. 1. & sequen-
ter ff. de testi. nam tunc iudex appellationis ha-
bebit illam causam notam. dicit alia in oril.
regis. au rub. Des causes possess. beneficiales, que
hic non transcribo.

Simplena
probatio
quod suff.
§. 122
Vltimo, sufficiunt semiplena probatio-
nes in causa possessorii, quando alter non
melius probat. Bart. in l. 2. C. quorum bono. &
sic admittitur probatio per famam, vel per
vnum testem, vt ibi. & no. Matthesila. not. 2.
Decius cons. 663. in causa.

De concordia & pralatione testiū scri-
psi plenē in tract. de reproba. & saluatio. testi-
um, in verbo concordia.

De registratione concordatorum in
curiis facienda.

Mandat curiis parlamenti, & aliis iudiciis,
vt hec concordata conscribant, & in registris
ponant, vt si quis indiguerit eis, ex illis extrahere
possit, & probabit, ac si originale producere-
tur.

Vocirca a dilectis & fide-
libus consiliariis, curias
nostras parlamenti tenen-
tibus, nec non seneschallis, bail-
liis, præpositis, aliisque iustitiari-
is & officariis nostris, harum se-
riē mandamus & iniūgimus, qua-
tenus præsentium tenorem suis
in registris registrent, vt si pro re-
bus & negotiis in dies occurren-
tibus illis quis egere habuerit: ex
dictis registris illas extrahere pos-
sit, & valeat: cui extracto debito
modo facto, talem fidem haberi
volumus, ac si prædictarum bul-

larum originale exhiberent. nam
sic fieri volumus, & quatenus opus
esset, ex nostra certa scientia &
potestatis plenitudine ita fore or-
dinamus. Datum Ambasia, die
duodecima mensis Aprilis, An-
no domini millesimo quingente-
simo decimo octauo: & regni no-
stri quarto. *Sur le re. ly est escript*
per Regem. ainsi signé Robertet, &
scellé à double queue, & circ ia une.

Quocirca Videmus constitutio-
nes regias in curiis parlamento-
rum recitari, & publicari, ac de-
scribi & registrari: & solet senatus appo-
nere lecta, publicata, & registrata audito
procuratore regis, anno tali, die & c. vt vidi
fieri. de hoc no. in auth. vt facte noue consti. col.
5. Et in l. sed & milites. §. pen. ibi, hoc autem &
in curiis est promulgatum. ff. de excusatio-
tur.

Littere in
parlamen-
tis legi, re-
citari, de-
scribique
solent.

Ratio est, vt senatus secundum eas or-
dinationes iudicet, & alios iudicare sic fa-
ciat, & etiam quando quis indigebit ordi-
natione à senatu sic registrata, possit eam
habere, & faciet fidem, vt hic. & no. in auth. Seruiens
si quis in aliquo. C. de eden. ca. r. de proba. In pri-
uatis etiam negotiis non debet seruiens in sua insinua-
alia prouincia seneschallia vel iurisdic-
tione exequi, nisi prius insinuauerit commis-
sionem præfidi, seneschallo vel alteri do-
mino illius iurisdictionis. §. eos, in auth. de
collat. d. l. prohibitum & l. de sessionis facultas. C.
de iur. fisci. lib. 10. ubi dicit priuatos alias pos-
se resistere. Et hæc plenē scripsi in tract. de li-
teris requisitoris, in 2. tomo. constitutio regia. &
quod debeat constitutio in senatu recitari,
est text. in l. cum hi. prin. ibi, in senatu recitari.
recitata. ff. de transact. Sic & sententia per iu-
dicem debet recitari, vt in rub. C. de sent. ex li-
bel. recit. l. si. §. 1. ff. de appella. dixi idem in re-
stamento, & dictis testium. in reper. l. vnica.
not. vlt. in f. C. de sent. quæ pro eo quod inter,
est * Ita fuerunt à Rege dicta supra in rub.
ge prorog. dila. in f. vbi annotauide signatu-

mandatū
re debet.

PPpp